



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De passione d[omi]ni n[ost]ri iesu [Christ]i. Cap[itulum]. ccxxvij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

cidēq; in egypto herode defuncto vt in iudeā rediret imperauit. Atq; magos vt p alia viā reuertent ad patriā sibi soporatos admonuit. Idē insup idē fuisse arbitrat: qui xpo dño passionē expectanti: ⁊ sanguineū sudorez emittēt in oratione apparuit: et usq; humanitatē fm motus sensibiles confortauit: Quis alijs rectius videat: q̄ ille michael potius fuerit: quia angelus qui tunc xp̄sto apparuisse legit non venit ad aliquid nūciandū: sed exhortandū: quod potius est officii michaelis q̄ gabrie-
lis. Dicunt quidā q̄ nō fuerit ille idem angelus qui ortum iohānis ⁊ virginitis ⁊ ortū xp̄i prenūciavit: s; eim eodē nomine appellent: istud tñ est nomen officij nō persone. Nam ista nomina michael: gabriel: raphael: nōta sunt officioz: sicut comes: imperator: eps: ⁊ sacerdos. Et ideo plures angeli idē exercēt officij possunt eodē nomine nūcupari. Nō em̄ videt conueniēs q̄ idem angelus fuerit nūcius natiuitati s; serui ⁊ dñi: p̄cursoris ⁊ regis. Et si alter de inferioribus: alter de superioribus ordinibus extiterit. Sed hanc opintonē leo papa reprobat in s̄mone asserene gloriā baptiste inter alia in hoc cōsistere: q̄ ei⁹ natiuitas eodē angelo q̄ ⁊ xp̄i incarnatio prenūciata fuit. **Gabriel** hō interpretat fortitudo dei. Et hoc ideo: q̄ illū nūciare venit: q̄ dñs fortis ⁊ potēs in plio ad debelādas aereas ptates descēdit. **Officiū** autē ei⁹ est secreta mysteria diuina nūciare. An ⁊ de sc̄a elisabeth deuigaria inuenit: q̄ gabriel āgel eidē plures apparuit: ⁊ mltas ei diuinas visiones reuclauit: q̄ etiā ei dixit: q̄ ip̄e erat āgel: q̄ x̄bi dei ceptū br̄e h̄gini nūciavit: q̄q; obitū ip̄i h̄gis eidē p̄dixit. **Est** etiā ei⁹ officij alias iustoz cū michaelē assume-
 re. An in vitis patrū h̄: q̄ qdā frater veniēs ad ciuitatē vidit pegrinū egrorū i platea facere: ⁊ i extremis laborāte: cui null⁹ assistebat: vidit q̄ a dextris ei⁹ ⁊ a sinistris michael ⁊ gabriel archāgelos q̄ descēderant p̄pter animā eius: rogantes eam vt egredere. Sed cū ex corporis affe-
 ctione egredi recusaret: dixit gabriel ad michaelē vt eam assumeret: ⁊ sic abirent. Qui respondit q̄ nō poterat: quia impositū a deo sibi fuerat vt animā pegrini sine dolore educeret. Et tñc frater ille vidit dauid cū cythara ⁊ oēs ciues celestis hierusalē psallētes iussu dei descēdere: ad quozum cantus ⁊ sonitus melodīā anima pegrini sp̄ote a corpore exiit: quā Michael cū Gabriele suscepit. Hec in vitis patrū.

De passione dñi n̄i iesu xp̄i. Cap. cxxvij.

Assio dñi: eodē die quo
 ⁊ eius incarnatio ad lram post annos
 xxxij. et eadē serra feria facta est: sc̄
 vij. kalen. aprilis: quo etiā die augusti-
 nus quarto de trinitate hōtem primus
 de terra formatum: et ip̄o die lapsum
 fuisse testatur: ⁊ quidam eundē post annos. cccccecl.
 ip̄o die dicunt esse defunctū: vt sic ordo redemptionis
 cōcordet creationi. **Et** notandū q̄ passio domini est
 memoriter retinēda: eo q̄ quantū ad p̄cessum fuit iniusta: q̄tū ad modū



Liber

fuit ignominiosa: quātū ad supplicū fuit penosa: quātū ad effectum fuit fructuosa. **P**rimo quātū ad p̄cessum fuit iniusta: quia peccatum nō fecit: nec inuētus est dolus in ore eius. Nam que venit indignē: pena dolenda venit. **F**uit etiā contra humanā legem: q̄ em̄ in hominem non confessum nec cōiuctum sententiā mortis feratur est cōtra omnē legem. Ecce ego ait pilatus coram vobis interrogās nullā causam inueni in homine isto et his in quibus eum accusatis. De tribus em̄ eum accusabāt. q̄ scilicet tributum dari cesari prohibebat. q̄ se rex dīcebat. et q̄ filium dei se faciebat. De primo a pilato interrogatus nō fuit: quia manifeste de contrario sibi cōstabat q̄ sc̄s dixerat. Reddite que sunt cesaris cesari etc. De secūdo interrogatus satisfecit: manifeste se rex pbans: et q̄ regnū eius non erat de hoc mūdo. De tertio interrogatus non respōdit. Eum enim eum preses interrogasset: vnde es tu? Responsum ei non dedit: eo q̄ diuinā generationē siue etiā humanā mirabile audire indignus fuit. **F**uit secūdo contra consuetudinē. Nam tēporis cursu nullā dilationem accepit. Unde a die qua in concilio decretum fuit ip̄m occidendū nullam requiem ei dederunt. Et postq̄ eum ceperunt sine vlla intermissione verberauerūt: hinc inde traxerūt: flagellauerunt: indicauerunt: crucifixerunt etc. **F**uit tertio contra legem naturalem. Natura enim ipsa repugnat in corpus hominis mortui plagas innouare. Christus hō tam defunctus in cruce lancea transuerberat contra naturalem legem. Job. xix. Unus militus lancea latus eius aperuit etc. **S**ecūdo quātū ad modū fuit ignominiosa. Et hoc p̄pter sex causas. Primo p̄pter ignominiosum precū: quia pro triginta argenteis comparabilis precij sanguis venalis factus est: vt pro tam vilis precio quis nō daret asinum: aut deforme mancipium. zach. xxxij. Appenderunt mercedem meā. xxx. argenteis etc. **S**ecundo p̄pter ignominiosum officium: quia crucis supplicium suū portare cōpellit: quod nuscūq̄ de latrone auditū est. figura isaac qui ad immolandum vadens ligna sibi detulit. Genes. xxij. **T**ertio p̄pter ignominiosum locum: q̄ in loco caluarie vbi malefactores et scelerati extra ciuitatem puniebant. **P**ropter ignominiosum supplicium: quia morte turpissima cōdemnatus est. Erat em̄ supplicium erat latronū vel quozūcūq̄ sceleratorum. Sap. ij. Morte turpissima cōdemnatus eum. **Q**uinto p̄pter ignominiosum ludibrium: quia corā multitudine nudus cōstituitur in cruce suspensus. psalmista. Tota die verēcundia mea contra me est. Et alibi. Diuiserūt sibi vestimēta mea etc. **S**exto p̄pter ignominiosum consortiū: quia cū sceleratis deputatus est. l. cum latronibus: quozum vnus scilicet dīctas qui erat a dextris: vt dicit in euangelio nicodemus: conuersus ad penitentiā saluatus est.

Tertius

Alius qui erat a sinistris sc̄s gestas obstinatus permanēs est dānatus: vt dicit infra de sancto dīctis. **T**ertio quātū ad supplicium fuit penosa acerba et dolorosa. Et hoc p̄pter septē rationes. **P**rimo p̄pter carnis christi parietis viuacitatem. Plus enim doler̄ caro delicata q̄ grossa. Et quia caro xp̄i fuit viuacissima et delicatissima: quia optime cōplexionata et sine omni deordinatione formata: ideo magis dolore sensit. Et p̄pter hoc sudorem sanguineū emisit: q̄ caro optime cōplexionis fuit. In huius figura dicit de dauid. ij. Reg. xxiij. Ipse est em̄ quasi tenerimus ligni vermiculus. **S**ecūdo p̄pter occidentiū qualitatem. Tolerabilis enim quis patit̄ vel ab inimicis vel ab extraneis q̄ a suis. Christus aut̄ passus est ab amicis et a primis. i. de quoz stirpe natus est: et ab his quibus in bona contulerat: vnde conquerit̄ dicens in officio huius diei. Popule meus quid feci tibi etc. **U**bi recolit̄ omnia beneficia sibi illata: et omnia supplicia sibi retributa. **T**ertio p̄pter passionis acerbicatem: quia cōfusus ē in locis magis sensibilibus et nervosis et corpore distēsus supra crucem pendens manibus et pedibus cōclausus: que maximū et dolorosum supplicium intulerūt. ps. Foderūt manus meas et pedes meos: et dinumerauerūt omnia ossa mea. **Q**uarto p̄pter passionis diuturnitatem. Nam ab hora q̄ ip̄s ceperunt vsq̄ ad horā qua sp̄s emisit semp̄ in dolore et cōtinuo cruciatu fuit. Passus ē ad minutus. xij. horis sc̄s sex noctis et sex diei. psalmist. Tota die cōtristatus ingrediebar: q̄m nō est sanitas in carne mea. **Q**uinto p̄pter passionis generalitatem. Nam generaliter passus est. In fama: quia cum blasphemabāt dicētes: vāq̄ qui destruis etc. In rebus: quia nudus expoliatus est: vt dicitur est. In anima: vnde passionē presens sentiens tristabat̄ et dicebat: tristis est aīa mea vsq̄ ad mortem. In corpore: a planta em̄ pedis vsq̄ ad verticē non fuit in eo sanitas. Esa. l. In amicis: quia discipuli ip̄m captum vidētes fugerunt: iudas eū prodidit: petrus negavit etc. qd̄ fuit causa atrocis doloris in mēte xp̄i. In matre: nam dicit Damascenus q̄ tātus fuit dolor christi et dolore quem sciebat matrem sentire: quātus propius: quem corporaliter sentiebat. In multozū ingratitude. Dolor em̄ maximus fuit christi: quia presciebat mortē suā inaniter pati pro multis damnādis. Nam intolerabilis dolor est homini: cum maximū laborem portare pro filiis cum vider̄ se et eozum prauis morib⁹ inaniter laborasse. **I**tem passus est christus in singulis corporis sensibus. Nam passus est in oculis: quia velauerunt oculos eius: et quia in cruce lacrymatus: vt dicit̄ Matthe. v. In auditu cum ei scilicet opprobria et blasphemie irrogate sunt. Nam qui erat summa potestas: dicit̄ seipsum non posse saluum facere: qui erat summa veritas dicitur alios subuertēdo decipere:

De sanctis in mēse martij occurrētibz **So. lxxxiij.**

qui erat summa bonitas vti malefactor dicitur pilato traditus esse. In olfactu: qz maximū fe-
toze sentire potuit in caluaria: vbi erat fetida
corpora mortuorū. Item qz ex sputorum multu-
plicatione fetor: in eius facie augebat. In gu-
stu: qz dederunt ei vinū bibere cuz felle mixtū.
In tactu: qz in omnibz corporis mēbris. Ber.
Laput angelicis tremebundū spiritibus: densi-
tate spinarū pungitur: facies pulchra pre filijs
hominū spuris iudeorū demit patur: oculi lu-
dices sole caligantur in morte: aures que au-
diunt angelicos cantus: audist peccatorum in
suntus: os qd docet sanctos: felle r aceto pota-
tur: pedes quoz scabellū adozatur cruci: clauo
affiguntur: manus que formauerūt celos: sunt
in cruce extense r clausi affite: corpus verbe-
ratur: latusqz lancea perforat: quid plura? Non
remāst in eo nisi lingua: vt pro peccatoribz ora-
ret: r matrē discipulo cōmendaret. Et hec suo
peracto officio potat felle r aceto. **¶** Sexto p-
pter passiōis causalitatē: que sola inuidia fuit
sine illa culpa patiētis. Nam quodāmodo quis
consolat dūz iuste patitur: sed filius dei agnus
innocēs pro peccato nō suo mori. **¶** Esai. liiij.
Vere languores nros ipse tulit r c. **¶** Septimo
propter cuiuscūqz remediū inopiā r egestatem.
Consolatur em̄ aliquid quis mortē patiens
et remediū alicuius consolantis. **¶** Christus autē
nullū habuit consolatorē. psal. Elongasti a me
amicū r proximum r c. vnde r ipm patrem con-
questus est hūanitatē dereliquisse. **¶** Quarto
q̄rum ad effectuz fuit fructuosa. **¶** Lulus vtili-
tas est triplex: scilicet peccatorū remissio: gra-
tie collatio: r glorie exhibitiō. Et hec tria notā-
tur in titulo crucis. Nam iesus peccatores sal-
uans quoad primū: nazarenus si ozes gratie cō-
ferens quoad scdm: rex iudeoz regnū se confi-
tentibus exhibens quoad tertium. **¶** **¶** Vel dicē-
dū: qz fructus huius passionis est quadruplex.
Primo nanqz fuit acceptissimus ad placandū
deum. Unde anselmus in libro cur deus homo.
Nihil asperius r difficili⁹ potest homo pati ad
honore dei sponte r non ex debito q̄ mortē. Et
hoc est quod dicitur de xpo ephes. tertio. **¶** Tra-
didit semetipm pro nobis oblationē r hostiam
deo r c. **¶** Secūdo fuit cōgruentissimus ad cu-
randū morbū. Et hoc ex parte temporis: quia
eodem mense die r hora qua peccauit adam: et
xpus eius peccatum exoluit: vt dictum est. Et
ex parte loci: qz locus passiōis consideratur:
siue comunis: qz in terra promissionis: siue spe-
cialis: qz in monte caluarie: siue singularis: qz
in cruce. In loco autem cōmuni primus homo
formatus fuerat: qz in agro damasceno. In lo-
co specialit sepultus: videlicet ibidem vbi pas-
sus est xps. In loco singulari deceptus: quia in
ligno. Et ex parte modi: qui modus fuit r per
similia r per contraria. Per similia vt dicit Au-
gustinus: qz homo homines mortalis mortales

in morte mortuos liberauit. Per contraria: qm̄
vt dicit Gregor⁹. Primus homo peccauit per
superbiam: quia voluit deo simulari per scientie
sublimitatem. per inobedientia: quia transgre-
di voluit mandarū per subtilitatem. per gulā:
qz gustauit pomi suauitatem. **¶** Ecōtra dei filius
vt dicitur ad philip. secūdo humiliavit semet-
ipsum contra primū: factus obedēs cōtra se-
cundū: vsqz ad mortē contra tertium. **¶** Tertio
fuit efficacissimus ad attrahendū genus huma-
num. Bernardus. Super omnia reddidit te ama-
bilem bone iesu calix quem bibisti opus redem-
ptionis nostre. **¶** Quarto fuit prudentissimus
ad expurgandū humani generis inimicū. Job
trigesimo quinto. Prudentia eius percussit su-
perbū r c. Nunquid capere poteris leuatāhan-
hamo: Abscondit enim rbus hamuz diuinitatis
in esca humanitatis. Et diabolus volens cape-
re esca carnis: captus est ab hamo deitatis.

¶ De sancto Dismas confes-
sore. **¶** Cap. cccxxviii.



Dismas cō-
fessor fuit ille ta-
lro qui a dextris
dñi crucifix⁹ est:

r credens in eum: r delictorū
suorū penitens: nulla alia pe-
na purgatus statim vt mortu⁹
est euolauit. Sic enim xpus ei
promiserat dicēs. Amen dico
tibi: hodie mecū eris in paradiso. Vidit em̄ sta-
tim xpi diuinitatem: quā videre paradisu⁹ est:
propter quod sanctorum confessorū numero so-
ciatur. **¶** Omnis em̄ qui confestim vt mori⁹ euo-
lar sanctus esse censet. Nam hec est differentia
inter sanctos r beatos. Sancti nēpe sunt qui
nulla pena purgari spm̄ emittentes statim euo-
lant. Beati sō qui post aliquorū purgationem
ad celestia conscendūt. **¶** Dic autē sanctus quis
sanctorū confessorū numero societ: nō tamen vt
martyr: reputat: quāuis in cruce passus fuerit.
Nam vt dicit augustinus. Martyrem non facit
pena: sed causa. Dismas ergo r si per passionez
crucis obierit: non tamē ipam penā pro verita-
te vel iusticia pertulit sed ex ppria culpa. **¶** Ideo
qz mortē paties r in xpm credens ac peccatorū
suorū penitēs: per mortem quidē illā reatū suū
quoad purgatorū penā diluit: martyr tamē eē
non meruit. **¶** Fuit autē talro hic egyptius na-
tione: vt habet in cōpilatione damasceni. **¶** Qui
tpe quo xpus in egyptū fugat⁹ est: p̄edo erat:
r in quodāz nemore habitaculū habens trans-
euntes cum sociis spoliabat. **¶** Cum autē ioseph
cū maria r puero in egyptū fugietes illac trāsi-
tum facerent: occurrit eis dismas: vt eis substā-
tiam auferret. **¶** Uisa sō virginis mansuetudine
r pueri speciositate: admirat⁹ substitit: r quasi
diuinitus inspiratus hoc verbum prorulit. **¶** Nō